

INCIPIUNT REGULAE SEXTAE SINODI SYMMACHI PAPAE SUPER TEO-
DERICO REGE ROMAE HABITAE SUB DIE KALENDARUM OCTOBRIMUM

CUM IN UNUM APUD BEATUM Petrum apostolum sancta sexta synodus 1
canonice a beato Symmacho Romae congregata *resedisset*, Symmachus predictus
5 *episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae* eidem synodo praesidens dixit: *Quo-*
nam religiosus spiritu sancto congregante conventus ortatur, ut, quaecumque
pro disciplina ecclesiastica sunt necessaria, cura diligentiore tractemus, nos
enim et apostolicae sedis moderamine compellimur, et ecclesiasticarum rerum
10 *dispositione constringimur, sic canonum paternorum decreta liberare, et retro*
praesulum antecessorumque nostrorum decreta metiri, ut quae praesentium ne-
cessitas temporum restauranda sunt ecclesiae relaxanda exposcit, adhibita dili-
genti consideratione, quantum fieri potest, auxiliante Domino temperemus, quia
nos, qui potissimi sacerdotis amministramus officia, transgressionum culpa respi-
15 *ciet, si in causis Dei desides fuerimus inventi, quia meminimus, quod timere de-*
bemus, et qualiter comminetur Dominus negligentiae sacerdotum. Sane reatu 306v
maiore delinquit, qui potiore honore perfruitur, et graviora facit vitia peccami-
num sublimitas dignitatum. Ideo tacere non debemus, sed ea, quae necessaria fore
cognovimus, viriliter corrigere et emendare satagamus, et ea, quae nova sunt,
stirpare, prout Dominus dederit, non neglegamus.

20 *Ab universis episcopis et apostolis acclamatum est: Exaudi, Christe, Symma-*
cho papae vita; dictum est .vi. Haec, confirmamus, et haec docemus; dictum est 2
.viii. Doctrinae vestrae gratias agimus ingentes; dictum est .x.es. Ista teneantur et
ista observentur rogamus; dictum est xii.es. Dignus papa, dignus doctor.

Et facto silentio Symmachus episcopus dixit: Communis dolor et generalis est 3
25 gemitus, quod intra ecclesiam nostris et retroactis temporibus de invasione rerum
ecclesiasticarum et vexatione sacerdotum cognovimus, quae res non nos solos,
sed omnes Domini tangit sacerdotes. Et, licet haec a praecessoribus nostris iam
prohibita sunt, et tales praesumptores dampnati et a sanctis canonibus anathemati-
zati, ne tamen denuo praesumantur, est enim super eis promenda sententia, ut qui
30 eorum casum non timent, timeant saltem perpetuam eorum dampnationem, et
quod saepe praesumitur, saepius, ut inhibeatur, necesse est.

35 *Sancta synodus dixit: Haec, ne fiant denuo, synodali conventu provida beatu-* 4
dinis vestrae sententia enervari convenit, et, ne in exemplum remaneat praesu-
mendi, funditus exstirpari.

Symmachus episcopus dixit: Modo, quia Deus praesentiam vestram votivam
mihī concessit, necesse est rem fieri firmam, quam credo ecclesiasticis facultati-

2 DIE] omitted 21 papae vita] vita papae before correction 29 ne] nec

3-4 CUM ... resedisset: D: *Symm. synod 6 Nov. 501, c. 4, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 445 l. 1-2.* 4-5 Symmachus ... dixit: D: *Symm. synod of 6 Nov. 501, e.g. c. 2, ed. Mommsen MGH AA 12 p. 444 l. 1.* 5-7 Quoniam ... tractemus: H: *Hilarus, J3 1138, c. 2, ed. Thiel, Epistolae p. 161).* 8-12 et¹ ... temperemus: H? *Gelasius I, J3 1270, c. 1, ed. Thiel, Epistolae p. 362.* 12-17 quia ... dignitatum: H: *Hilarus, J3 1138 c. 2, ed. Theil, Epistolae p. 161.* 20-22 Ab ... xes: H: *Hilarius, J3 1138 c. 2. ed. Thiel, Epistolae p. 162. See also Symm. synod 1 March 499, c. 4, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 402 ll. 6-12.* 32-34 Sancta ... praesumendi: D: *Symm. synod 6 Nov. 501, c. 12, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 448 l. 5-10.* 35-53 Symmachus ... servientes: D: *Symm. synod 6 Nov. 501, cc. 12-13, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 448 l. 14 - p. 449 l. 10.*

bus convenire, ut agnoscant omnes, quos vanus furor et avaritia excitavit, talia absque ultione non posse praesumi.

Sancta synodus dixit: Scimus provisionem nostram necessariis studere, et ideo in vestra est potestate sequenda disponere.

40

Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Magna quidem venerando et sacerdotali debetur cultura proposito, cui imminet de studio, quae recta sunt, non de necessitate disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus vitiorum mater avaritia repudiatis honestatis repagulis, totum putat expedit, quod libet; et ita, dum pradae inhiat, patientia supernae civitatis abutitur; expectantibus correctionem caelo moderante iudiciis se existimant non teneri, cum clarum sit, quod apud certos in occasione rapiendi procedat divinae mora sententiae. Sed nobis, quos pastoralis cura et ecclesiastica astringit, pro dispensatione certa ratio reddenda substantiae, opus est, ut sollicitudinem vestram non solum ad praesentia, sed etiam ad secutura saecula porrigamus, ne ad animae nostrae detrimenta contingat, si hi, qui possunt statutis debere innocentiam, praesumentes de libertate delinquerint, cum religiosa possint et nostra et successoris nostri potestate fulciri legibus ecclesiasticis servientes.

45

50

5 *Sancta synodus dixit: Scimus spiritu Dei cor vestrum esse succensum, et instinctu Dei vos ita loqui. Quapropter omnibus summopere convenit observare, ut oblationes fidelium a nemine praesumantur, et absque consensu et voluntate episcopi, in cuius dignoscuntur esse parrochia, et potestate, possidere vel dominari temptentur; quoniam nonnulli memores sui, pro remissione peccaminum suorum et pro aeternae vitae mercatione, de facultatibus suis tam rerum immobilium quam et mobilium quaedam vero per scripturas ecclesiis tradiderunt, et Deo creatori suo perpetualiter habenda dederunt; quae contra a diversis Deum minus timentibus eatenus mortifera calliditate tenentur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem iudicii, dum nimiae cupiditatis delectantur ardore. Unde precamur, ut antiquorum patrum regulas, quae modo propter iniuriam quorundam quasi oblitae habentur, renovetis, ut tale iudicium super eos fiat, ut aut manifeste heretici, qui ecclesiam Dei scindunt, et anathematizati atque ab ecclesia Dei extorres habeantur, aut per satisfactionem ecclesiae ad penitentiam, et demum iuxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationem recipiantur.*

55

60

65

307r | 6

Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: His ergo rite perpensis, ne illi in ruinam incidant et perpetuo dampnentur exitio, et sancta ecclesia pretioso Christi sanguine redempta restauretur, eique pie famulantes non opprimantur, sed releventur, mansura cum Dei nostri consideratione una cum nostro iudicio sancimus, ut quicumque immemor aut memor interitus sui res ecclesiae delegatas et Domino oblatas absque proprii episcopi iussu possidens praesumpserit deinceps tenere, quocumque in loco, et veritate comperta res Dei servis suis dissimulaverit, aut rennuerit reformare, liminibus ecclesiae ab epi-

70

75

38 ultione] ultionem 42 cui] cum 60 quam ... mobilium] omits scripturas] scripturis 61 diversis] adversis 68 recipiantur] recipiantur***** 72 releventur] revelentur 74 delegatas] delegatis (error also in P9629)

54 Scimus ... et: D (but also the interpolated Hispana): Roman council under Gregory II, praef., ed. Mansi 12 col. 263. 55–64 Quapropter ... ardore: Paris, 556-73 c. 1 (ed. Munier CCSL 148A p. 205 l. 14-20). 73–76 quicumque ... reformare: Paris, 556-73 c. 1 (ed. Munier CCSL 148A p. 205 l. 20-23).

scopo eiusdem loci prius arceatur. *Indigne enim ad altare Domini properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet invadere, aut iniuste, id est sine licentia episcopi, possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis perduret. Necatores enim*
 80 *pauperum iudicandi sunt praefixo tenore, et si non emendaverint vitium, extirpandi. Debet tamen esse provisio, ut vindictam a monitione manifeste praecedat, et res usurpatae iniuste qui abstulit aut iniuste ablatas retinet, aequitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit, demum praedonem sacerdotalis districtio maturata percussat, neque quisquam per interna res Domini defensare nitatur, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit. Quod si praesumperit et ipsius offensam et praedictae dampnationis periculum sustinebit. Competitoribus etiam huiusmodi frena districtio-
 85 *nis imponimus, qui facultates ecclesiae sub specie largitatis regiae vel cuiuscumque potestatis improba subreptione pervaserint. Sera namque de his rebus penitendae commovemur, cum iam transactis temporibus contra huiusmodi personas canonum suffulti praesidio se sacerdotes Domini erigere debuissent, ut non mansuetudo indulgentiae ad similia perpetranda improborum audaciam adhuc cotidie provocaret. Nunc tarde, iniuriarum mole depressi, damnis quoque dominicis compellentibus excitamur. Quod si is, qui res Dei competit, in aliis,
 90 *quam ubi res agitur, maxime solet territorii commorari, sacerdotem loci ipsius, ubi habitat, episcopus ille huiusmodi pravitate contentus neglectu personae litteris reddat instructum; tunc antistes ipsius fratris anxietate comperta aut perversorem rerum dominicarum ammonitione corrigat, aut praetaxata canonica districtione condempnet.***

100 Unde et in canonibus in Gangrensi ecclesia apostolica auctoritate conditis *de fructuum oblationibus, quae ministris ecclesiae debentur, et de his, quae in usus pauperum conferuntur, scriptum habetur: Si quis oblationes ecclesiae accipere vel dare voluerit praeter episcopi conscientiam vel eius cui huiusmodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit. Et iterum in*
 105 *eodem consilio: Si quis oblata Deo dederit vel acceperit praeter episcopum vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus, et qui dat et qui accipit, anathema sit. Valde ergo iniquum et ingens sacrilegium est, ut quaecumque vel pro remedio peccatorum vel salute aut requie animarum suarum unusquisque venerabili ecclesiae contulerit aut certe reliquerit, ab his, quibus
 110 *maxime servari convenit, id est Christianis et Deo timentibus hominibus et super omnia a principibus et primis regionum, in aliud transferri vel converti. Propterea, qui haec non praeviderit et aliter quam scriptum est praedia ecclesiis tradita petierit vel acceperit aut possederit vel iniuste defenderit aut retinuerit, nisi se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, sitque accipienti et danti vel possidenti anathema, et institutae poenae contubernium assi-*
 115*

94 is] his before correction 96 contentus neglectu] read contemptus neglecto

77–99 Indigne ... condempnet: Paris, 556-73 c. 1 (ed. Munier CCSL 148A p. 205-6 l. 26-52).

100–111 Unde ... converti: See the collection in Paris, BnF nouv. acq. lat. 1632, fols. 97v-98r, c. XX: Quod aperte sacri canones auferendarum rerum ecclesiasticarum inhi-beant audaciam, under which rubric are assembled Gangra cc. 7-8 (ed. Turner, EOMIA p. 193 l. 1 - p. 195 l. 6) and Symm. synod 6 Nov. 501 c. 7 (ed. Mommsen MGH AA 12 p. 446 l. 28 - p. 477 l. 2). Fuller discussion in Schmitz, "Synode von Aachen 836"; the letter sent to Pippin of Italy after the Council of Aachen in 836 receives this same sequence of material in parallel to Pseudo-Isidore at 3.26, ed. Werminghoff, MGH Conc. 2.2 p. 76. 111–116 Propterea ... assiduum: Symm. synod 6 Nov. 501, c. 17, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 450 l. 11-14.

duum. *Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.*

- 8 *Ab universis episcopis et presbyteris acclamatum est: Ut haec penitus abscindantur, rogamus; dictum est .v.es. Ut haec amputentur, precamur; dictum est .vi.es. Ut res ecclesiae quibus traditae sunt intemerato iure serventur, rogamus; dictum est .vii.es. Ut se dum hoc, quod prosecuti synodali estis conventu, per omnia fiant, unianimiter deprecantes rogamus; dictum est .viii. Ut in praesumpto-
307v ribus vindicentur rogamus; dictum est .x.. Ut disciplina servetur rogamus; dictum est .xi. Quae male admissa sunt, per vos corrigantur; dictum est .xii. Ut illicita facta amputentur, ita ut deinceps non fiant, rogamus; dictum est .xiii. Ut apostolica ordinatio illibata servetur; dictum est .xv. Exaudi, Christe, Symmacho vita; dictum est .xvi. Dignus, quod non licet, non fiat; dictum est .xiii. Ut canones custodiantur rogamus; dictum est .xv. Ut ordinatio apostolica, dignus papa, dignus doctor; dictum est .xviii. Haec omnes unanimiter confirmamus et unianimiter serventur rogamus; dictum .xx. Per domnum Petrum, ut in perpetuo serventur rogamus; dictum est .xx. Qui haec violaverit, in se iuxta in pretaxatum modum inveniatur; dictum est .xx.* 120 125 130
- 9 *Et facto silentio Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Praesentis definitionis formam, quae iuxta sanctorum patrum est statuta, sententias in omnium ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, nec cuiquam possit pro sua ignoracione licere quod non licet, et qui talia praesumpserint, sciant se praetaxato condempnatos esse modo. Similiter et hoc omnium ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exortacione et iudicio censemur pervenire, et ab omnibus firmiter teneri, quia episcoporum res ecclesiae esse non dubitantur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate crassatum, pervasores rerum memoratarum praedicta canonum districtione feriantur vindicta, ut, qui moribus propriis ac nulla conscientiae castigatione corrigantur, saltem ecclesiasticae et canonicae vindictae perfodiantur aculeis. Generaliter vero, quicumque res ecclesiae confiscare aut competere aut pervadere periculosa aut sua infestatione praesumpserit, nisi se citissime per ecclesiae, de qua agitur, satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriantur. Similiter et hi, qui res ecclesiae iussu vel largitione principum vel quorundam potentum aut quadam invasione aut tyrannica potestate retinuerint, et filiis vel haeredibus suis, ut a quibusdam iam factum audivimus, quasi hereditarias reliquerint, nisi cito res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemur, ut potius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum, ut praeceptum est, iudicemur.* 135 140 145 150
- 10 *Sanandum est ergo, hoc est celerius, ne longius execrandus animi morbus inserpat, ut si medicus, cum viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suae artis aestimat documentum, si cito quis illius interventu de-* 155

122 se dum] *read* secundum 143 corrigantur] corriguntur 146 satisfactionem] satisfacione

116–118 *Nec ... dispergit: Symm. synod 6 Nov. 501, c. 18, ed. Mommsen MGH AA 12 p. 451 l. 3–5. 119–133 Ab ... xx: Modeled after the acclamations in Symm. synod 1 March 499, cc. 1–2, ed. Mommsen, MGH AA 12, p. 402 l. 6–12, p. 403 l. 5–17. 140–147 quia ... feriantur: Paris 556–73, c. 2, ed. Munier, CCSL 148A p. 207 l. 64–71. 147–153 Similiter ... iudicemur: Paris 556–73, c. 1, ed. Munier, CCSL 148A p. 206 l. 52–63. 154–162 Sanandum ... considatur: Q: Innocent I, J3 708, c. 3, ed. Goldbacher, CSEL 44, p. 704 l. 7–705 l. 7.*

160 speratus evadat, vel, cum posse vulnus aspexerit, adhibet fomenta vel cetera,
quibus illud posset, quod natum fuerat vulnus obduci, ac, si id manens sanari non
poterit, ne corpus reliquum sua tabe corrumpat, ferro anputet, quod nocebat, quo
165 reliquum integrum et servat intactum. Praeacidendum id ergo est, quod velut puro
sanoque nimium corpori vulnus obrepsit, ne, cum tardius abstergitur, in ipsis
pene visceribus huius mali nam haurienda praesentina considatur. Ferro enim
abscidenda sunt vulnera, quae fomenta non sentiunt. Similiter et illi extorres de-
bent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali ammonitione non corriguntur dicente Do-
mino: Auferte malum a vobis.

Universa synodus surgens acclamavit: Ut ita fiant rogamus; dictum est .viii. 11
Ista serventur precamur; dictum est .x. Ut in perpetuum maneant et vestra auctori-
tate firmentur; dictum est .xii. Exaudi, Christe, Symmacho papae vita; dictum est
.xii.

170 Et facto silentio Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae sy- 12
nodo praesidens dixit: In hoc cognoscimus omnes, quia Deum diligimus, si man-
data eius faciamus. Haec est enim caritas Dei, ut mandata eius custodiamus, et
mandata eius gravia non sunt. Iustus enim est Dominus, et omnia iudicia eius
175 iusta sunt, atque omnes viae eius misericordia et veritas et iudicium. In manu Dei
potestas terrae, cui execrabilis est omnis iniquitas, in manu Dei potestas hominis,
et super faciem scribae imponet honorem suum. Perdit Deus memoriam superbo-
rum et iniqua agentium, et relinquit memoriam humilium et bonorum hominum.
180 Hoc autem pro certo habet omnis, qui recte colit Deum, quia vita eius, si in pro- 308r
batione fuerit, coronabitur, et si in tribulatione, liberabitur. Si vero in correptione
fuerit, ad misericordiam perveniat.

Omne enim, quod repraehensibile est, catholica defendit ecclesia. NON LICET 13
ergo IMPERATORI VEL CUIQUAM PIETATEM CUSTODIENTI ALIQUID CONTRA MANDATA
DIVINA PRAESUMERE, nec quicquam quod evangelicis prophetisque et apostolicis
regulis obviatur agere. INIUSTUM enim IUDICIUM ET DEFINITIO INIUSTA REGIO METU
185 VEL IUSSU A IUDICIBUS ORDINATA NON VALEAT, nec quicquam, quod contra evange-
licae vel propheticae aut apostolicae doctrinam constitutionemve eorum sive

157 posse] read putre 161 sanoque] sanaque 162 nam ... considatur] read non haurienda post sentina
considat

162–163 Ferro ... sentiunt: Siricius, J3 605 c. 7, ed. Zechiel-Eckes, MGH Studien und Texte 55 p. 102 l.
140-1. 165 Auferte ... vobis: 1 Cor. 5.13 166–169 Universae ... xii: See the acclamations in Symm.
synod 1 March 499, c. 3, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 403 l. 6, 12 and p. 404 l. 16. 171–173 In ...
sunt: 1 John 5.2-3 173–174 Iustus ... iudicium: Tob. 3.2 174–176 In ... suum: Ecclus.
10.4,7,5 176–177 Perdit ... humilium: Ecclus. 10.21 178–180 Hoc ... perveniat: Tob.
3.21 181 quod ... ecclesia: Nicaea c. 9, ed. Turner, EOMIA 1 p. 127 l. 8-10 (III: Prisca): ...quod
autem inreprehensibile (!) est defendit catholica et apostolica ecclesia. 181–183 Non ... praesumere:
Cassiodorus, Historia Tripartita 10.6, ed. Jacob and Hanslik, CSEL 71 p. 590 l. 20-21. See also
Zechiel-Eckes, "Blick in Pseudoisidors Werkstatt," p. 43: Pseudo-Isidore's source codex, St.
Petersburg F.v.I.11) has been marked with a dotted n at this point. 184–185 iniustum ... valeat: Lex
Visigothorum, 2.1.29tit, ed. Zeumer, MGH LL nat. Germ. 1 p. 76 l. 9-10: ...valeant.

181–183 Non ... praesumere: BL 1.402 [s]: Ut nullus contra religionem faciat. Non liceat imperatori vel
cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divina praesumere. Also CA
16bis. 184–185 iniustum ... valeat: BL 1.405 [s]: De iniusto iudicio, principis metu vel iussu
terminato, cassando. Iniustum iudicium et definitio iniusta, regio metu vel iussu a iudicibus ordinata,
non valeat. Also CA 18bis.

sanctorum patrum actum fuerit, stabit, et quod ab infidelibus aut hereticis factum fuerit, omnino cessabitur.

14 Nociva ergo sancti praedecessores mei dampnare confidenter studuerunt, *quorum et pusillitas mea, licet impar et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere; vae enim erit nobis, qui huius ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli praedicaverunt, praedicare neglexerimus; vae enim erit nobis, si silentio veritatem opprimerimus, qui erogare nummulariis iubemur, id est, Christianos populos imbuere et docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem confundimus praedicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus et de officio suscepto rationem iustus iudex Christus Deus noster districtim exegerit?* Ideo nos oportet semper nociva resecare, et auxiliante Domino profutura erigere. 190 195

15 Unde obiurgando, ortando, suadendo, blandiendo, consulendo prodesse, quibus possumus, festinamus. *Lingua nostra bonis fomentum sit, pravis aculeus; timidus retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur, ut, quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Sumus in custodia vigilantes; aditis contra hostis insidias solliciti muniamur. Et si quando ovem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas revocare dominicas contendamus, ut de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium sed premium consequamur. Quia ergo in his omnibus divinae gratiae adiutorium opus est, omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoremus, quatinus ad haec nobis operanda et velle tribuat et posse concedat, atque in ea nos via cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut, sine quo nihil aspergimus, per ipsum implere omnia valeamus.* 200 205 210

16 *Universa synodus surgens acclamavit: Placent omnia. Ut perpetua stabilitate firmentur rogamus; dictum est .viii. Et adiecit: Exaudi, Christe, Symmacho vita; dictum est .viii. Ut haec intemerata serventur; dictum est .x. Ut ista intemerato iure custodiantur precamur; dictum est .xii. Qui haec sponte violaverit, perpetuo anathemate feriaturogamus; dictum est .xv. Ut decreta nostra confirmes precamur; dictum est .xviii.* 215

Et facto silentio Symmachus episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae dixit: Acclamationes vestras synodique iudicium praesentia gesta suscipiant. Et adiecit: Ea quae ad sopiendos veterinosae praesumptionis errores vel infensae rebus ecclesiasticis egritudinis morbos, quibus universalis afficiebatur ecclesia, deliberatio religioni congrua pacique constituit, firmitate perpete socientur, ut praestante Deo, quem custodem rerum constat bonarum, synodalis ordinatio vigeat, atque omnis, qui sine personae alicuius districtione venire praesumpserit, indita superius districtione plectetur. 220 225

205 aditis] read aditus 211 ut] aut 221 sopiendos] sopiendo si 222 afficiebatur] efficiebatur 223 firmitate ... socientur] read firmitatem perpetem sortientur

189–198 quorum ... exegerit: *Agatho, J3 3480, from III Constantinople, Act. IV, ed. Riedinger, ACO 2.2.1 p. 65 l. 17-23.* 200–212 obiurgando ... valeamus: *Gregory I, J3 2864, ed. Norberg, CCSL 140A p. 791-2 l. 24-40.* 213–226 *Universa ... plectetur: D: Symm. synod 1 March 499, cc. 6-7, ed. Mommsen, MGHA 12, p. 405 l. 4-27.*

Et subscripserunt: Caelius Symmachus ecclesiae catholicae urbis Romae his 17
 constitutis synodalibus a me probatis atque firmatis annuens subscripsi. Petrus
 episcopus ecclesiae Ravennatis his constitutis synodalibus a nobis probatis atque
 230 firmatis annuens subscripsi. Felix Traonensis, Bonifacius Aquivensis, Maximus
 Bleranus, Emilianus Suranus, Maximus Titinnensis, Cassianus Mutinensis, Ce-
 rentius Ficulensis, Stephanus Benusinus, Laurentius Benensis, Fortunatus Fulgi- 308v
 nensis, Mercarius Sutrinus, Stephanus Neapolitanus, Hilarus Temsanus, Maximi-
 lianus Perusinus, Innocentius Fertinatis, Concordius Mesitanus, Vitalis Funda-
 235 nus, Castus Portunensis, Aristus Ostensis, Martyrius Terraconensis, Victor Lu-
 nensis, Asterius Aquinatis, Grissogonus Albinensis, Amandus Potentianus, Roma-
 nus Numentanus, Ursus Reatinus, Cresconius Tudertinus, Innocentius Mavensatis,
 Iohannis Spolitanus, Eustasius Cremanensis, Laurus Vergomatis, Eucarpus Me-
 resape, Rufentius Agnatinus, Serenus Nolanus, Martianus Acanus, Euticius Tra-
 240 nensis, Fortunatus Agninus; Paschasius Vulturnensis, Innocentius Forosinpro-
 niensis, Felix Nepesinus, Hilarius Temporansensis, Innocentius Dirementium Tiberi-
 norum, Severinus Tundaritanus, Silianus Veliterninus, Sebastianus Suranus, Mer-
 curius Gavinati, Felix Atellunus, Rusticus Buxentinus, Propinquus Tribensis,
 Adeodatus Formianus, Bonifacius Cameritanus, Iustus Signatinus, Vindemius
 245 Anteatinus, Augustus Liparitanus, Valentinus Amiterninus, Fortunatus Suestanus,
 Iocundus Augustanus, Tigridius Tauriganus, Viticanus Celeniensis, Iohannes
 Arimenensis, Proculianus Sepinatis, Candidus Tiburtinus, Aprilis Laterianensis,
 Asellus Populiniensis, Memor Cassinus, Colonius Soroccludiensis, Helpidius Vo-
 loternanus, Iohannes Turritanus, Adeodatus Silve Candide, Venerius Pallensis,
 250 Rogatus Tauromenitanus, Servusdei Ferenensis, Probus Carrimeianensis, Dulci-
 tius Sancti Anatonii, Leucadius Muizutanus, Eufradius Galatinensis, Teotistos
 Pissinuntos, Helpidius Mirecenenternis, Misterius Ammorius, Aquilas Eudoxidia-
 das, Quiriacus Troonadensis, Pios Petenissensis, Longinus Ortissu, Talasius
 Cesariensis, Mussonius Nissenis, Firminus Termis, Patricius Tyanensis, Theodo-
 255 tius Natiazensis, Aristomachus Colonensis, Cyros Cibertronensis, Iohannis Seba-
 stensis, Cecrupius Sebastianopolis, Ioannis Nicopolis, Constantinus Militinensis,
 Acattus Arimatheus, Adomus Cravissu, Iohannis Artis, Dorotheus Neocesariensis,
 Iohannis Polemiacus, Gratiadus Cerassutenus, Atarbius Tatebuntis, Seleucos
 Amassenus, Antonius Amissenus.
 260 EXPLICIT SEXTA SYNODUS

241 Dirementium] corrected from direntius

227–230 Et ... subscripsi: D: *Symm. synod* 6 Nov. 501, subscriptions, ed. Mommsen MGH AA 12 p. 451, nos. 1, 3, 5. 230–251 Felix ... Anatonii: D: *Symm. synod* 23 Oct. 502 (*Synodus Palmaris*), subscriptions, ed. Mommsen, MGH AA 12 p. 432–435, nos. 3–53 (*Felix Traonensis* -- *Bonifacius Cameritanus*); nos. 69, 71, 73, 75 (*Iustus Signatinus* -- *Valentinus Amiternus*), nos. 54–68 (*Fortunatus Suestanus* -- *Venerius Pallensis*), nos. 70, 72, 74, 76 (*Rogatus Tauromenitanus* -- *Dulcitus Sancti Anatonii*), with many corruptions not noted in the typeface. 251–259 Leucadius ... Amissenus: D: *Chalcedon*, subscriptions, ed. Schwartz, ACO 2.2.2, p. 71–72, nos. 161–189, again with many corruptions.